



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLV. Der Markgraf Woldemar vereignet dem Altare des heil. Antonius in der St. Katharinenkirche einige Renten, am 29. Aug. 1311.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

et placitum in dicta ecclesia in Scharthowe plene nobis retinemus potestatem et voluntatem; cuncta et singula facere, que in parochiis et ecclesiis parrochialibus nostre dyoc. facimus aut in futurum faciemus, nec non Plebanum seu rectorem dicte parrochialis ecclesie, qui pro tempore fuerit, in his et in similibus et aliis ecclesiis parrochialibus nostre dyocesos requiruntur et exiguntur per presentes nostras literas et presentem nostram protestationem ordinationem et conseruationem uolumus obligari. Vt autem predicta nostra ordinatio et incorporatio et omnia predicta, sicut a bona uoluntate et liberalitate nostra procedunt, perpetua stabilitate ac sollicitudine ac futuro tempore firma et inconuulsa a cunctis fidelibus habeantur et obseruentur, presens inde priuilegium conseribi precipimus, nostrarum imaginum impressionibus et sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum et datum anno Domini Millefimo trecentesimo nono. Pontificatus nostri Fred. ante dicti episcopi.

Ludwig, Reliquiae Diplomatum Bd. II, S. 469—473.

CLIV. Der Erzbischof Borchard von Magdeburg bestätigt die Uebereinkunft zwischen dem Bischofthum Brandenburg und den Markgrafen v. J. 1238, am 9. Aug. 1311.

Borchardus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, — litteras infra scriptas non cancellatas, non abollitas sed omni suspicione carentes sub sigillis pendentibus, de quibus in fine earundem litterarum fit mentio, uidimus et plene ac totaliter legi ac recitari audimus in hec verba: Eggehardus dei gratia etc. In cuius rei testimonium presens scriptum a litteris prefatis transumptum appensione sigilli nostri ad instantiam venerabilis fratris nostri domini Frederici, Brandenburgensis episcopi, fecimus fideliter communiri. Datum Magdeburgh anno domini M^o. CCC^o. undecimo, in vigilia beati Laurentii martyris, pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Original.

CLV. Der Markgraf Woldemar vereignet dem Altare des heil. Antonius in der St. Katharinenkirche einige Renten, am 29. Aug. 1311.

Noverint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Woldemarus, dei gratia marchio Brandenburgensis et Lusatie sacrique imperii Romani archicamerarius, ob jugem et perennem magnificorum principum, marchionum Brandenb. felicis recordationis, predecessorum nostrorum, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam nec non ad instantiam diligentem strenui viri Hincici de Gladow, militis nostri fidelis dilecti, appropriauimus et appropriare decreuimus per presentes annuatim dimidium talentum cum quarto dimidio solido Brandenburgensis monete in theloneo nostre civitatis nove Brandenburg altari beati Antonii in ecclesia beate Catharine ejusdem civitatis nove Brandenburg perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice percipiendum, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, que nobis in premissis reditibus competebant vel competere potuerint aliquo modo in futurum. In cuius rei

testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes hujus sunt venerabilis pater et dominus, Otto archiepiscopus Magdeburg., Rudolphus et Otto, duces Saxonie, et Albertus, princeps in Anehalt et Albertus, nobilis dominus in Barbi, Wernerus miles de Anvorde, Bernardus dominus in Ploftzik nec non Johannes de Belitz, nostre curie protonotarius, et alii plures fide digni. Datum Brandenburg anno domini M^o. CCC^o. XI^{mo}. in die decollationis beati Johannis baptiste.

Nach dem Originale.

CLVI. Ablassbrief des Erzbischofs Heinrich von Cöln für die Petri-Capelle auf der Burg Brandenburg, am 30. März 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis. Nos Hainricus, dei gratia ſancte Coloniensis eccleſie archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Italiam archycancellarius ſalutem in domino ſempiternam. — Cupientes igitur, ut capella ſancti Petri Brandenb. dyoceſis et ejuſdem civitatis extra muros ſita congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et conſeſſis qui ad ipſam capellam in feſtivities ſancti Petri, nativitatibus domini noſtri, Jeſu Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis et pentecoſtes, in omnibus et ſingulis feſtivities beate Marie ſemper virginis nec non in feſtivities omnium apoſtolorum, in commemoratiode omnium ſanctorum, in dedicatione ejuſdem capelle, in octavis feſtivityatum predictarum octavas habencium cauſa devotionis et orationis acceſſerint annuatim vel qui ad fabricam predictae capelle manus porrexerint adjuatrices, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum ejuſ, auctoritate conſiſi XL dies indulgentie de injunctis eis penitentibus miſericorditer relaxamus, dummodo dyoceſani ad id voluntas acceſſerit et conſentus. Datum Vienne anno domini M^o. CCC^o. XII^o. III Kal. April, pontificatus domini Clementis pape quinti anno ſeptimo.

Nach dem Originale.

CLVII. Ablassbrief des Erzbischofs Otto von Aler für die Petri-Capelle, am 1. Mai 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis nos Otto, dei gratia Acherontine eccleſie archiepiſcopus, ſalutem in domino Jeſu Chriſto. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium ut clementiſſima ipſius majeſtati ſperantium tunc benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus et meritis adjiciatur. Cupientes igitur, ut capella ſancti Petri, Brand. dioceſis et ejuſdem civitatis, congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et conſeſſis, qui ad ipſam capellam in feſtivities nativitatibus domini noſtri Jeſu Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis et pentecoſtes ac in omnibus et ſingulis feſtivities beate Marie ſemper virginis et in feſtis beati Petri apoſtoli et in